

carne. que mortua resurrexit. non resurgetur se-
cundum verbū. qđ non resolutū fuerat in terram.
sed apud om̄ semp manebat; Ergo & moriebatur
secundū nostre susceptionē nature. & non morie-
batur secundū æternę substantiā vite; Et patie-
batur secundū corporis passiōē. vt suscepti cor-
poris veritas crederetur. & non patiebatur secun-
dum verbi impassibilem diuinitatē. qđ totius
exors doloris ē; Deniq. idem dicebat. Ds̄ ds̄ meus
respice me. quare me dereliquisti. Quia secundū
carne relictus ē. qui secundū diuinitatē. nec deseri
potuit. nec relinqui; Idem etiā dicit. Longe a salu-
te mea. verba delictorū meorū; Hoc ē. non capia-
tur qui audit. quare me dereliquisti. sed intelle-
gat. qđ secundū carne ista dicantur. que longe ē
a plenitudine diuinitatis; Aliena sunt enī adō
verba delictorū. quia aliena sunt & delicta ver-
borū; Sed quō delicta aliena suscepti. etiā delic-
torū alienorū verba suscepti. vt derelictū me
a patre dō esse dicam. qui apud om̄ semp sum;
Erāt igitur immortalis in morte. impassibilis in